



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 7. Vicecomes a Legatis Romam decretus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI.

A C 1562

„Secundo loco opto, ut tunc, si  
 „Patres ad supprimendam hanc que-  
 „stionem adduci non possent, saltem  
 „quoniam res nondum satis digesta vi-  
 „detur, ad proximam Sessionem reje-  
 „ceretur. Tertio, ac postremo suadeo,  
 „ut etiam, si id quoque nonnulli re-  
 „spuerent, ipsa Sessio retardaretur, ac  
 „juxta consilium, quod etiam alioqui  
 „vobis tanquam Sedis Apostolicæ Le-  
 „gatis dederam, simul ad Sacramentum  
 „Ordinis jungerentur pariter articuli  
 „de Matrimonii Sacramento.

„Denique vobis expendendum pro-  
 „pono, quod omnino, cum in Ordinis  
 „Sacramento de universa Hierarchia  
 „Ecclesiastica sermo sit, par videatur,  
 „ut non ipsius caput, quod est Christi  
 „Vicarius silentio prætereatur, sed de  
 „ipso mentio fiat aut iisdem verbis paulo  
 „ante a Florentina Synodo usurpatis  
 „aut aliis nihilo inferioribus.

## §. VII.

*Vicecomes a Legatis Romam decretus.*

**C**um Legati hujus mandati executio-  
 nem gravibus difficultatibus obno-  
 xiam crederent, Romam Vice-comi-  
 tem ablegabant, qui eas summo Pon-  
 tifici exponeret, interea vero quindecim  
 adhuc alios dies expectandum decreve-  
 runt.



runt, priusquam proximæ Sessionis dies  
decideretur.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.

§. VIII.

*De residentia in aliis Congregationi-  
bus actum.*

Priusquam Vicecomes proficisceretur,  
alii adhuc habebantur Patrum con-  
ventus, atque in illo die decima septi-  
ma Decembris feria quinta celebrato  
Nicolaus Psalmæus Virodumensis Epi-  
scopus ceteris prior verba fecit, ac ser-  
monem suum oppido prolixum his ver-  
bis conclusit: „mea hac de re erit sen-  
„tencia hujusmodi: quando quidem ex  
„juris divini præscripto tenemur pascere  
„gregem nobis creditum, agnoscere  
„vultum pecoris, vocare nominatim,  
„illi invigilare, Sacramenta administra-  
„re, ordinare, visitare atque ea omnia,  
„quæ functionis sunt Episcopalis, se-  
„dulo exequi, & quod est in prover-  
„bio, spartam, in qua nati sumus or-  
„nare, idque per nos ipsos, non per  
„mercenarios suffraganeos, ita necessa-  
„rio adstringimur residere, non quidem  
„expresso Dei verbo, sed ex necessaria  
„quadam consecutione, & dependen-  
„tia præcepti divini, quo Dei verbo  
„præcipiuntur Episcopis ea, quæ præ-  
„stari nullo modo possunt sine residen-  
„tia: „ his dictis Psalmæus in reliquis  
Lotha-

*Nicol. Psal.  
act. Conc.  
pag. 355.*